

nio, & inuiditate. II. considerationes quasdam morales ex Evangelico textu deductas, tangit, vbi quædam de B. Ioseph meritis. III. virginitatem laudibus celebrat, & duodecim eius dignitates quæ illam coronant, tanquam stellæ duodecim, profert. Prima est quod virginitas vel castitas non impedit vitam corporalem, imò ipsam prolongat. Secunda, quod virginitas eleuata fuit vt carnaliter Dei mater esset, & adhuc parit spiritualiter. Tertia, quod faciat mori aut migrare sine corporis dolore. Quarta, quod reddat animam familiarem Dei amicam. Quinta, quod inperret secretorum Dei reuelationem. Sexta, quod sit in miraculis potens. Septima, quod animam martyrem efficiat. Octaua, quod sit Angelis cognata. Nonna, quod nouosedat cantus. Decima, quod aureolâ speciali in paradiso donetur. Vndecima, quod sit optima S. Ecclesiæ portio. Duodecima, quod sit Regina terræ in cælum eleuata. IV. obiectionibus carnalitatibus aduersus virginitatem respondet. V. denique & vltimò conseruandæ virginitatis modum tradit ex euangelio, virginemque instituit. Tom. 2. 4. part. 2 col. 342. ad col. 350.

Eiusdem, sermo alter, eandem materiam prosequitur, castitatem matrimonialem, vidualem, & præsertim virginalem laudibus celebrat, & argumeta in contrarium dissoluit. Ibid. col. 350. & sequentibus.

* GUILLELMI PARIENSIS, sermo I. in Epist. *Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt a sermo, &c.* Galat. 4. ex quibus concludit multipliciter dari fidelibus exemplum in Christo. I. Exemplum æquitatis & similitudinis amandæ in hoc quòd (nisi in peccatis) ab alijs hominibus differre noluit. II. Humiliter abscondendi bona sua vsque ad tempus opportunum. III. Sapienter amandi filios suos vt non querant eis suavia sed vilia. IV. Patienter sustinendi aduersitates, quoniam à Deo dantur nec debent credere ex odio talia dari sed ex amore cum filio suo naturali dederit quem dile-

A Xit. a pag. 26. ad pag. 28.

Eiusdem, sermo 2. hoc Galat. 4. *vt vbi venit plenitudo temporis, &c.* expendens, Incarnationis tempus, modum & finem aduertit. I. Tempus, vbi tempus plenitudinis dicitur propter triplicem plenitudinem sc. vteri virginalis, mentis fidelium, veteris legis: Plenitudo quoque temporis dicitur propter pacis abundantiam, charismatum largissimam effusionem, figurarum impletionem, promissorum solutionem, rationalis creaturæ perfectionem, propositi temporis completionem. II. Modum, tribus modis hominem Dominus fecerat. sc. de viro & muliere sicut a sidiuus monstrat vsus, nec de viro nec de muliere Adam, de viro sine muliere sicut B Euang. testabat vt faceret de Muliere sine viro sicut Christum & hoc multis de causis. III. Vtilitatem, vt eos qui sub lege erant redimeret, &c. a pag. 28. ad pag. 30.

Eiusdem, sermo 1. in Euang. *Erant Maria & Ioseph, mirantes super his quæ dicebantur de puero.* Luc. 2. *Miranda fuerunt quæ.* I. dicta sunt de puero, ab Isaia, Gabriele, Elizabeth, Zacharia, Angelis, Simeone. II. dicta sunt a puero. a pag. 256. ad pag. 257.

Eiusdem, sermo 2. in quo ex ijs verbis, *Ecce positus est hic in ruina & resurrectionem multorum.* &c. ostendit duo in mundo isto multum timenda. Primum. Causarum ruendi in peccatum infinitatem; quid enim est, quod non possit esse in ruina, id est, occasionem ruendi, ex quo Saluator fuit in ruina multorum. Secundum. Signum seueritatis diuinæ & iustitiæ esse, quod Deus Pater potius voluit quod vnigenitus pœnam pro humano genere solueret quam vt ipse eam remitteret. Christus positus est in ruina superbiorum & resurrectionem humilium; Primi possunt dici filij perditionis ijsque sunt qui salubribus ad damnationem vtuntur; Superbi; Immisericordes; Per obstinationem obdurati; qui habent & amant temporalia; Secundi. Speciale habent signum passionis Christi imitationem. a pag. 257. ad pag. 258.